

quia velut ^{a)} ignari resistebant spiritui ^{b)}, non tenentes, usque adeo contempserunt ^{c)} et iuxta decimi gradus canticum ²⁵⁾ inebriati ^{d)} aratos supra dorsum eius contentionibus et conditionibus <arantes> vultum suum, donec cum senioribus domus ivit ad Romanam curiam, ubi et ipsos de voto summi pontificis assolvit. Monachi Curacenses summisserunt se monasterio Fosset novę. Tunc exoneratus ^{e)} et expeditus cum plenitudine voti sui ad Petram Olei rediit ^{f)} ex tunc initiaturus concubitus Rachelis amplexus in propagatione seminis, quod accessit ad dexteram.

Ibique primus accessit ad eum frater Rainerius, modo ut confidimus sanctus vir ²⁶⁾, ex tunc veritatis zelo succensus, liberalibus eruditus, sermone disertus, qui venit a finibus regni de insula ^{g)} Pontiana audire novi sapientiam Salomonis. Et factus fuit per Ispaniam postea <legatus> ^{h)} et per omnia sue legationis loca testatus est de magistro discipulus; quia per hunc est in divinarum scripturarum ianuam introductus. Currebant igitur duo simul ²⁷⁾ seniores, tamen eum in omnibus precebat et precedebat <Ioachim> sapientię et scientię plenitudine sicut et sacerdotii dignitate. Interim locus peregrinationis ²⁸⁾ eorum pro frequentia concurrentium esse proposito et desiderio Ioachim cepit incompetens; et excepta hospitis vel potius subscriptoris ²⁹⁾ liberali et ordinatissima charitate tanti viri et commilitonis eius pondus et reverentiam non ferebat.

^{a)} verum *Hs.*, *B*; tamquam *L*. ^{b)} in *L* folgt: eum repetere ac in Curatium revocare mediis et remediis interpositis quaesiere. At Dei famulus animum suum tenens exploratum, repudiatis praecibus, abnutis intermediis, tali funditus recusata conditione, consensuum votum ac praecipientium imperium retinens, Curacenses omnes exclusit omnino. Qui tandem de seniorum consilio monachorum ad Curiam Apostolicam accedere; ad quam, ut suas partes tueretur, etiam ... Joachim accessit. Proposita ergo hinc inde quaestione ad id tantum deventum est, ut Dei servus ab omni Curatii munere absolveretur et alibi consedendi facultas concederetur; quod totum pontificia cautum extitit auctoritate, et Curacenses monachi ultro iterum Fossanovensi antistiti se commendavere. ^{c)} contempnerunt *Hs.*; contempnerant *B*. ^{d)} in hebriato *Hs.*; inhebrati *B*. ^{e)} exhonoratus *Hs.*; exhoneratus *B*. ^{f)} redidit *Hs.*, *B*. ^{g)} insola *Hs.*, *B*. ^{h)} Et factum fuit demum, ut per Hispaniam et ... *L*.

²⁵⁾ Vgl. *Ps.* 128, 3 (10. „Stufenpsalm“), hier abweichend von der *Vulgata-Übersetzung*; Baraut *S.* 217 weist auf den „Liber Psalmorum“ des *Cod. Casinensis* 557 (s. XII) hin, ed. A. Amelli, *Collectanea Biblica Latina* 1 (Rom 1913) 92: super cervicem meam arabant arantes.

²⁶⁾ *S. o. S.* 464.

²⁷⁾ Vgl. *Joh.* 20, 4/5.

²⁸⁾ Vgl. *Ps.* 118, 54.

²⁹⁾ *S. o. S.* 478; et excepta ... ferebat übergeht *L*.